

M. V A L.

M A R T I A L I S.  
EPIGRAMMATON  
LIBRI X V.

hoc est,

In Amphitheatrum Cæsaris	Liber	I.
Epigrammaton variorum	Libri	XII.
Xeniorum	Liber	I.
Apophoretorum	Liber	I.

*Ad vetustiorum codicum fidem diligenter emendati,  
apposita ad marginem varietas electionum, aliquot  
etiam Epigrammatis recens anti, ac doctorum vi-  
rorum, præcipue HODRIANI IVNII  
scholijs illustrati.*



L V G D V N I,  
A P V D A N T. G R Y P H I V M.

*Vidimus, accepit fabula prisca fidem.  
Nec se miretur, Cæsar, longa cua retusas:  
Quicquid fama canit, donat arena tibi.*

**Blanditur Cæsari.** v i.

*Belliger inuictis quod Mars tibi sicut in armis,  
Non satis est, Cæsar, sicut & ipsa Venus.  
Prostratum Nemeos & vasta in valle leonem,  
Nobile, & Herculeum fama canebat opus.  
Prisca fides taceat: nam post tua munera, Cæsar,  
Hac iam fæminea vidimus acla manu.*

**Pœna Laureoli.** v i i.

*Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus  
Affiduam \* nimio pectori pauit auem,  
Nuda Caledonio sic pectora præbuit urso  
Non falsa pendens in cruce Laureolus.  
Viuebant laceri membris stillantibus artus,  
Inq; omni nusquam corpore corpus erat.  
Denique supplicium dederat necis ille paternæ,  
Vel domini iugulum foderat ense nocens:  
Templa vel arcano demens spoliauerat auro,  
Subdiderat saevas vel tibi, Roma, faces:  
Vicerat antiquæ sceleratus crimina famæ,  
In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.*

**De Dædalo.** v i i i.

*Dädale, Lucano cùm sic lacereris ab urso,  
Quam cuperes pennas nunc habuisse tuas!*

**De rhinocerote.** ix.

*Præstítit exhibitus tota tibi, Cæsar, arena,  
Quæ non promisit prælia rhinoceros.*

O quām terribiles exarsit pronus in iras!

Quantus erat cornu, cui pila taurus erat!

De leone, qui gubernatorem  
offendit. x.

Laserat ingrato leo perfidus ore magistrum,  
Aus... tam notas contemerare manus.

Sed dignas tanto persoluit criminē pœnas:  
Et, qui non tulerat verbera, tela tulit.

Quos decet esse hominum tali sub principe mores,  
Qui iubet ingenium mitius esse feris!

De vrsso. x i.

Præceps sanguinea dum se rotat vrsus arena,  
\*Impliciā vīscō perdidit ille fugam.

Splendida iam tecto cessent venabula ferro,  
Nec volet excussa lancea torta manu.

Deprendat vacuo venator in aere prædam.  
Si captare feras aucupis arte placet.

De sue, quæ ex vulnere peperit. x ii.

Inter Cesarea discrimina seu Diana

Fixisset grauidam cum leuis hasta suem,  
Exstijt parvus miseræ de vulnere matris.

O Lucina ferox, hoc peperisse fuit?  
Pluribus illa mori voluisset saucia telis,

Omnibus ut natis triste patéret iter.

Quis negat esse satum in aeterno funere Bacchum?  
Sic genitum numen credite: nata fera est.

De eadem. x iii.

Icti grauidelo, confissaque vulnere mater  
sus pariter ritam perdidit, atque dedit.

O quām

*O quām certa fuit librato dextera ferro!*

*Hanc ego Lucina credo fuisse manum.*

*Experta est numen moriens veriusque Diane,*

*Quāque soluta parens, quāque perempta fera est,*

*De sue prægnante.      x i i i .*

*Sus fera iam grauior, maturi pignora ventris*

*Emisit fœtum, vulnere facta parens.*

*Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit.*

*O quantum est subitis casibus ingenium!*

*De Carpophoro.      x v .*

*Summa tua, Meleagre, fuit que gloria famæ,*

*\*Quātula Carphori portio, fūsus aper?*

*Ille & præcipiti venabula condidit vrso,*

*Primus in Arcloë qui fuit arce poli.*

*Straxit & ignota spectandum mole leonem,*

*Herculeas potuit qui decuisse manus,*

*Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.*

*Premia cùm laudis ferret, adhuc poterat.*

*De tauro.      x v i .*

*Raptus abit media quòd ad athera taurus arena,*

*Non fuit hoc artis, sed pietatis opus.*

*Vexerat Europen fraterna per æquora tauruses,*

*At nunc Alciden taurus in astra tulit.*

*Casaris atque Iouis confer nunc \*stemma iuuentus: \* Schema*

*Par onus ut tulerint, altius iste tulit.*      iuencos.

*De supplice elephante.      x v i i .*

*Quòd pim, & supplex elephas te, Casar, adorat,*

*Hic modo, qui tauro tam metuendus erat.*

*Non facit hoc iussus, nullóque docente magistro:*

M. V A L. M A R T I A L.

*Crede mihi, numen sentit & ille tuum.*

*De tigride, & leone. x viii.*

*Zambere securi dextram consueta magistri,*

*Tigris ab Hyrcano gloria rara iugo.*

*Seua ferum pabido laceravit dente leonem:*

*Res noua, non ullis cognita temporibus.*

*Ansa est tale nihil siluis dum vixit in altis:*

*Postquam inter nos est, plus feritatis habet.*

*De elephante. x ix.*

*Qui modo per totam, flammis stimulatus, arenam*

*Sustulerat raptas taurus in astra pilas,*

*Occubuit tandem, cornuto ardore petitus,*

*Dum faciem tollis elephanta putat.*

*Affentatur Cæsari. x x.*

*Dum peteret pars hac Myrinā, pars illa Triumphū,*

*Promisit pariter Cæsar utraque manu.*

*Non potuit melius litem finire sociosam.*

*O dulce inuicti principis ingenium!*

*Ad Cæsarem. x xi.*

*Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro*

*Dicitur, exhibuit, Cæsar, arena tibi.*

*Repserunt scopuli, mirandaque silua cucurrit,*

*Quale fuisse nemus creditur Hesperidum.*

*Affuit immixtum pecudum genus omne ferarum,*

*Et supra vatem multa pependit avis.*

*Ipse sed ingrato iacuit laceratus ab urso,*

*Hec tamen ut res est facta, ita facta alia est.*

*De rhinocerote. x x ii.*

*Solicitant pauidi dum rhinocerota magistri,*

*Séque*

'Sèque diu magna colligit ira fere,  
Desperabantur promissi prælia Martis,  
Sed tamen is rediit cognitus antè furor.  
Namque grauem gemino cornu sic extulit\* vrum,  
Iactat ut impositas taurus in astra pilas.

## De Carpophoro. XXIIII.

Dorica quam certo venabula dirigit iclu  
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori!  
Ille tulit geminos facili ceruice iuencos,  
Illi cessit atrox bubalus, atque bison.  
Hunc leo cum fugeret, præcepis in tela cucurrit.

I nunc, & lentas corripe, turba, moras.

## De naumachia Domitian. XXIIII.

Si quis ades longis serus spectator ab oris,  
Cui lux prima sacri muneris \* ipsa fuit. \* ista  
Ne te diciat ratibus naualis Enyo,  
Et par vnda fretis, hic modo terra fuit.  
Non credis? spectes, dum laxent æquora Martem:  
Parua mora est, dices, hic modo pontus erat.

## De Leandro. XXV.

Quod nocturnatibi, Leandre, pepercit vnda,  
Desine mirari, Caesaris vnda fuit.  
Cum peteret dulces audax Leandrus amores,  
Et fessus tumidis iam premeretur aquis,  
Sic miser instantes affatus dicitur vndas,  
Parcite, dum proprio, mergite, dum redeo.

## De natatoribus. XXVI.

Zusit Nereidum docilis chorus æquore toto;  
Et vario faciles ordine pinxit aquas.

a 4

Fusci

## Galericulum. L.

*Nelatet immundum nitidos ceroma capillos,  
Hac poteris madidas condere pelle comas.*

## Strigiles. L I.

*Pergamus has misit curuo \* distringere ferro:  
Non tam sepe teret linteas fullo tibi.*

\* V. de-  
stringere.

## Guttus corneus. L II.

*Gestauit modo fronte me iuuenies,  
Verum rhinocerota me \* putabis.*

\* V. puta-  
bas

## Rhinoceros. L III.

*Nuper in Ausonia domini spectatus arena.  
Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.*

## Crepitaculum. L IV.

*Si quis plorator collo tibi vernula pendet,  
Hec quatiat tenera garrula fistra manus.*

## Flagellum. L V.

*Proficies nihil hoc, cedas licet usque flagello,  
Si tibi purpureo de grege currit equus.*

## Dentifricium. L VI.

*Quid mecum est tibi? me puella sumat,  
Emptas non soleo polire dentes.*

## Myrobalanum. L VII.

*Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,  
Hoc ex vnguento constat, & ex balano.*

## Aphronitrum. L VIII.

*Rusticus es, nescis quid Greco nomine dicar:  
Spuma vocor iutri, discor & aphronitrum.*

## Opobalsama. L IX.

*Balsama me capiunt, haec sunt vnguentas virorum,  
Delicias*

tāque, & aromata sparaguntur. Vnde Musa sparitiones, odoratus imbræ vocat: vbi alij legunt adoratos, quid sparitionem populus adoret imbræ simulantem. Hic autem nimbi nomine crocum intelligit, cuius ea regio erat fertilissima: vnde infra libr. decimo, Nimbis ebria Nicerotianis. Sed & sparsa croco fuisse theatra testatur Mart. alibi. Prop. Pulpita solennes non olue-re crocos.

4 Getulis] Alij legunt, Gyaris, quæ videtur commodior lectio: nam eo, propter loci maximas incommoditates nocentes deportabantur. nec cepit arena] Hoc est, non sunt ferri obiecti in theatro, sed miserrimo exilio sunt multati.

5 In quo quæ fuerat fabula] Multos quum afficeret supplicio Domitianus, non sine spectatorum voluptate eos interire voluit: ideo inter ceteras, quasdam recitari insit tragedias, ut damnati alicuius personam representantes morientis, vere non fictè interirent.

7 Laureolus] Fabulam scripsit Naevius, in qua Laureolus in crucem suffixus introicebat. Hanc personam Lentulus nobilis ciuis Romanus, Domitiano imperante, egerat: qui cum ob sua flagitia, tum principis saeuitia, non solum Laureolum egit, sed & vera morte expresit. Vide Iunen. Sat. 11 x. inque omni] Id est, tam deformis ex membrorum laceratione evaserat, ut nihil humani in eo deprehenderetur.

Ep. 9. non promisit] Vel quid ex aspectu tantam feritatem non praescerebat, vel quod ei non soleat esse pugna cum tauru. Praeterea Rhinoceros] Quid sit Rhinoceros, vide apud Plinum lib 8. cap. 20. Notandum autem à Lucilio etiam dici Rhinocerota, eum, qui dente eminente bronchus est. Eius versus est, Bruchus Bouillanus dente aduerso eminulo, hic est Rhinoceros. Is autem est, qui à Gracis vocatur,

ο τὸ ἄρω χῆλον ὡδηνόσπιλα] solebant vestibus pūnīceis in globum connolutis bestiae ad pugnam irritari: quibus rhinoceroti non fuit opus, nam, riso tairo, statim est effratus.

11 Implicitam visco] Hic quidam legunt implicitus. Viscus autem hic more veterum pro rete sumitur atenacitate, deprendat] Adulatur principis, dicens, in posterum venatores fiant aucupes, quando principis industria aucupes facti sunt venatores.

12 Diana] Dianam capit pro venatione, sicut Ceres pro pane, Bacchus pro vino sumitur. Quis negat esse] Vnde Pind. in Olymp. Ode 2. οὐει μῆν εἰν δὲ λυμάνις Αποθεοῦσσα βρέμω Κεραυνὸς θαυμάτεργχ Σεμίλα. Et paulò post, φιλέα δὲ τῷ αἰσ οἱ Κιασοφός.

15 Adhuc poterat] Id est, cum iam ex ingenti labore, quem in conficiendis tot feris exanchlanerat, posset videri fessus, adhuc vires integras habebat, ad alias sternendas.

16 At nunc Alcidem] Per Alcidem, Domitianum intelligit, qui Herculem se voluit appellari. stemma iuuentus) Ianus Doeza restituit, schema iuencos, ut dicat, compone inter se tauros Iouis, et Caesaris schema sed est figuram: sicut enim mentitus taurum, Iupiter Europem per mare vexerat, ita Domitianus, Ionius amulus sub tauri specie inter spectacula productus, Herculem in cælum sustulit. Visitur autem schematis voce infrā lib. 3.

20 Myrinum] Myrinus, et Triumphus, videntur propria gladiotorum nomina.

21 Affuit immistum] Aliqui codices legunt, Affuit immistum pecori gēnus omne ferarum. Res est facta] Id est, in hac fabula cetera omnia sunt ex artificio tantum representata: hoc unum autem, quod Orpheus fuerit disceptus, fuit re vera factum.

22 Gemino] Nam rhinoceros duo habet cornua, quem

rum alterum insigni magnitudine ex naribus exstat, alterum superne erūpit, exiguum quidem, sed validissimum. Hæc Domitius, omnium auctorum opinioni refragatus: nec enim illi (ut opinatur) assentitur Pausanias, cuius hæc verba, ὅτι σφίσιμον ἐπὶ ἄνθετῇ ρίνῳ ἐν ἵππῳ κέρας, τοὺς ἀλλού ταῦτα ἀντός μέγας. ἐπὶ δὲ τῷ περιφαλάκυσθόδιῳ ἀρχήν κέρατά ὅτι, de Rhinocerote explicat; quum illa Pansianas intelligat de Aethiopico taurō, qui etiam Rhinoceros vocatur. Hic igitur huinc loci sensus est: ut vrsum videlicet à rhinocerote cornu illo vnico elatum electatūmque sentiat granum gemino cornu (hoc est taurō) futurum, cui sunt cornua gemina, ut cornu sit datus non ablativus casus: & hoc quidem ut rei miraculum magis extollat. vrsum] Hadr. Iunius cum Iano Doëza sentit, vrsum, legendum esse; quod tauri feri genus est, magnitudine paulò infra elephantem: ut dicat, Amphit. vrsum, quamvis gemino, eoque ingenti cornu munitum, à rhinocerote, cui unum est in naso non magnum, facile conjectum, & elatum fuisse, tanto maiore miraculo. Atque hac ratione falsum est, quod ex Comment. est allatum, geminum esse rhinocerotis cornu. Iun.

23 Dorica quām] Id est, Laconica. Inuentus enim Laconum montes assidue venatu lustrabat venabula gerens: nemo autem ignorat, eos Dorici generis fuisse.

Vel potius Dorica venabula vocat, à Doride, in qua est Pindus; mons optimæ ferax materiae ad hastilia. Certè Dorica etiam erat armatura certi cuiusdam fuisse generis, ut ab Hesychio refertur, ex Doricum pro Gracco audiri potest. ille tulit geminos, &c.]

Ab eo dicit duos esse tauros in arena interfectos: sed vel iocose, facile tulit hoc præmium cæsorum duorum iuencorum, neque eo cernix eius laborauit facilis nisi portantis: vel sine ioco, facile sustulit, & interfecit bone, eorum cernice ad conficiendum minimè dura, &

C 3 repu

repugnante: unde Incret.lib.6. præcipitesque cadunt  
mollis cervice proſuſa. Turn. Atque bison ] Bisontes  
Plinius lib.8. cap.15 iubatus vocat, & boum ferorum  
genus aliquod fuisse significat. Vide etiam Pausan. in  
Phœc.Oppian.lib.2. Cynig. Et lentes,&c.] Solebant  
ſpectatores pugnantem feram planu excitare ad fu-  
gam. Dicit ergo, non opus eſſe id facere, cum Carpopho-  
rus eſt in arena: nam feræ per ſe ſtatim, eo viſo, fugana  
arripiunt. ibid. 24.

Ipsa fuit ] Ianus Dræza putat legendum, iſta fuit:  
vt ſenſus fit, qui ante hunc diem in vrbe non fuifti. Ne-  
re deſcipiat ratibus naualis Enyō. ] De nauimachia  
Domitianī ſic Tranquillus in eius vita: Edidit naua-  
les pugnas penè iuſtarum claſſium, effoſio & cir-  
eunduſto iuxta Tiberim lacu: atque inter maxi-  
mos imbræ proſpeſtauit.

26 Fuscina dente minax. ] Enſcina, telum eſt triſial-  
cum, quo retiarij in ludis gladiatorijs vtebantur.

27 Numeretur] Quasi dicat, ſi Hercules tantum ce-  
lebratur, qui diuersis temporibus duodecim tantum  
ministra domauit, quādē erit celebrior Carpophorus,  
qui vno in certamine viginti feras proſtrauit?

28 Auguſti laudes] Alludit ad illud claſſiarium  
præludium, quo Auguſtus, vt Suet. refert, tota hieme  
milites in Lucrino lacu exercuit, quo ad bellum Sicu-  
luru redderentur aptiores.

### A N N O T A T. I N L I B. I.

#### In Epift. v.

1 Atinē loqui fas ſit.] Latinē loqui ponent pre-  
ſimpliſter, & apertè, ingenuè, & ſine diſimula-  
tione, ac integrum verborum loqui. Turneb.

2 Libertum ſecundum.] In patronorum libertis or-  
do quidam fuſt, & quidam primi, quidam ſecundi va-  
cibantur, quod alteri apud patronum priorem locum  
votinerent, alteri proximum. Ergo primi, & ſecundi  
diceban